Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



omni tempore & in omni ore tuo. In
terra ad quam ingrediens possidendam. Cum uouis uotum domino
deo tuo non tardabis reddere. quia re
quiret illud dominus deus tuus;
et si moratus fueris. reputabitur tibi
in peccatum si uolueris pollicen absque
peccato eris. Quod autem semel egressum
est de labiis tuis obseruabis & facies
sicut promisisti domino deo tuo
quae propria uoluntate et ore tuo
locutus est. Ingressus uineam pro
ximi tui comedas uuas quantum tibi
placuerit. foras autem non efferas te
cum. Si intrauis segetem amici
tui frangesque spicas et manu tua
conteres falce autem non metes.

Si acepit homo XXII
uxorem et habuerit eam &
non inuenerit gratiam ante oculos
eius propter aliquam feditatem scribet li
bellum repudii & dabit in manu il
lius & dimittet eam de domo sua.
Cumque egressa alterum maritum du
xerit et ille quoque oderit eam dede
rintque ei libellum repudii & dimisse
rit de domo sua. uel certe mortuus fue
rit non potest prior maritus recipere
eam uxorem. quia polluta est. et
abhominabilis facta est coram do
mino deo tuo. ne peccare facias ter
ram tuam quam dominus deus tu
us tibi tradidit possidendam. Cum
acepit homo nup uxorem non pro
cedat ad bellum nec ei quippiam
munitatis imponatur publice sed ua
cabit absque culpa domui suae ut
uno anno letetur cum uxore sua.
Non accipies loco pignoris inferi
orem & superiorem molam quia a
uitam suam deposuit tibi. Si
deprehensus fuerit homo sollicitans
fratrem suum de filiis israel & uendito
eo acepit pretium interficietur et au
feres malum de medio tui. Obserua
diligenter ne incurras plagam le
pre. sed facies quecumque docue
rint sacerdotes leuitici sicut mandauit
quod precepi eis. et impleo solli
cite. Memento quae fecerit dominus
deus uester mariae in uia cum exire
tis de egypto. Cum repetes a
proximo tuo rem aliquam quam debet
tibi non ingredieris in domum eius
ut pignus auferas. sed stabis foris
& ille tibi proferet quod habuerit. Si
autem pauper est. non pernocabit apud
te pignus. sed statim reddes ei ante
solis occasum. ut dormiens in uesti
mento suo benedicat tibi & habeas
iusticiam coram domino deo tuo.
Non uexabis mercedem indigentis
et pauperis fratris tui siue aduene
qui certum moratur intra terram tuam
portas tuas est. sed eadem die redde
ei pretium laboris sui ante solis occa
sum quia pauper est & ex eo sustentat
animam suam. ne clamet contra
te ad dominum & reputetur tibi in peccatum
Non occidentur patres pro filiis. si
quisque morietur pro peccato suo
Non pueres iudicium aduene &
pupilli. Non auferes pignoris lo
co iudice uestimentum. Memento
quod seruieris in egypto & eruerit
te dominus deus tuus inde. Idcir
co precipio tibi ut facias hanc re
Quando meteris segetem in a
gro tuo et obliuis manipulum re
liqueris non reuertaris ut tollas eum